



330. e



Handwritten text from the adjacent page, including numbers and fragments of words:

Pr
bi
di
üb
bi
2/2
3/2
4/2
5/2
6/2
7/2
8/2
9/2
10/2
11/2
12/2
13/2
14/2
15/2
16/2
17/2
18/2
19/2
20/2
21/2
22/2
23/2
24/2
25/2
26/2
27/2
28/2
29/2
30/2
31/2
32/2
33/2
34/2
35/2
36/2
37/2
38/2
39/2
40/2
41/2
42/2
43/2
44/2
45/2
46/2
47/2
48/2
49/2
50/2
51/2
52/2
53/2
54/2
55/2
56/2
57/2
58/2
59/2
60/2
61/2
62/2
63/2
64/2
65/2
66/2
67/2
68/2
69/2
70/2
71/2
72/2
73/2
74/2
75/2
76/2
77/2
78/2
79/2
80/2
81/2
82/2
83/2
84/2
85/2
86/2
87/2
88/2
89/2
90/2
91/2
92/2
93/2
94/2
95/2
96/2
97/2
98/2
99/2
100/2



12.13
RECOLENDAE

AD D. XXVII. MARTII MDCCLXXIII.

IN AVDITORIO PHILOSOPHORVM

MEMORIAE

IOANNIS GRAFII SEN.

MERCATORIS NVPER PERCELEBRIS

PRAEFATVS

DE FORTVNA RVIDENTIBVS APTA

AD CIC. TVSCVL. V. 14.

DISPVAT

ORDINIS PHILOSOPHICI

DECANVS

D. CAROLVS ANDREAS BEL.

LIPSI AE

EX OFFICINA LOEPERIA.

RECOLLENDAE

AD D. XXVII. MARTII MDCCXXIII.

IN AVDITORIO PHILOSOPHORVM

MEMORIAS

IOANNIS GRAFII SEN

MERCATORIS NUPER SECESSERIS

DE FORTVNARVM VARIATIONIBVS

AD CIC. TULLII V. M.

OPINIS PHILOSOPHICI

D. GRAFII

D. CAROLUS WILHELMUS SEN

EX OFFICINA LITTEARVM



VI

Est hoc innatum atque insitum animis mortalium, ut non solum ab omni parte beati esse velint, sed scire etiam id ipsum, esseque sibi conscii praestantiae suae atque felicitatis; neque hoc solum, verum etiam certa quadam et constante bonorum suorum possessione frui. Quare genus humanum, quamquam illo ipso nihil sit inconstantius, tamen horret fortunarum vicissitudines, mavultque tuto possidere pauca, quam multa cum amittendi periculo. Quo fit, ut saepenumero querelae gravissimae istorum beatorum, etiam in medio felicitatis atque deliciarum cursu, audiantur, nequaquam sibi belle esse, satis sibi constare de inconstantia fortunae, neque satis scire quid sperent, aut metuant, esse igitur ancipiti loco. Esse divites, sed metuere incendia, rapinas, fraudes, bella, dum interea viator et coram latrone cantet vacuus. Esse honoratos, et gratiosos apud omnes, igitur etiam potentes; sed ob eam rem invidiam metuere et pati, malevolentiam, machinationes adversariorum, cuniculos clandestinos, et, si nihil aliud, globo insistentem fortunam, quae modo det, modo eripiat, modo flentes cubitum mittat, quos mane exhilarasset. Ex quo et hoc malum nascitur, quod suspiciosi sunt, et ad contumeliam omnia accipiunt, igitur caeca suspicione ducti, quorum fidei se committant fere nesciunt. Atque ista omnia incommoda, ab illa rerum humanarum domina fortuna proficiscuntur, quae, quibus maxime aut quaeritur, aut adiuncta est, inimica est maxime. Primum in his locum tenere mercatores, nemo facile negaverit, nam istis et maxime quaeritur, et maxime fortuna adiuncta est, etiam si solent plerumque consilio tribuere, quod maximam partem debebant fortunae. Ridebat talem fortunam in

IV

Ciceronis Tuscul. V. 14. Laco ille, qui glorianti cuidam mercatori, quod multas naves in omnem oram maritimam dimisisset, *non sane optabilis quidem ista*, inquit, *rudentibus apta fortuna*. Qui quidem locus Ciceronis dignus mihi visus est omnino, quem per hanc scribendi opportunitatem, cum esset nobilis olim mercatoris memoriae celebrandae praefandum aliquid, proponerem.

Quae igitur est illa *fortuna rudentibus apta*? Erat, cui ambiguum videretur. Si participium sit τὸ rudentibus, aiebat ille, et serio quidem, neque per iocum, videri Laconem indicare fortunam voluisse aptam, hoc est adiunctam illis, qui ruderent, asinis, igitur stupidorum hominum, qui, quod consilio adipisci non possent, id omne casu consequerentur. Neque adeo mirum debere cuiquam videri, Laconem fortunam eam minime optabilem existimasse. Ingeniosius quam humanius, aut verius. Iam Comicus peruectustus idem dixerat:

Ἐπὶ χεῖμασιν ἰδὼν ἔμπορος φρονεῖ μέγα
ὅτι ἐστὶ πάντων ἐνίαι ἀνεμος κύριος.

Satis profecto, si quid video, etiam in hoc Ciceronis loco, orationis series declarat, esse hic de nauticis funibus, de rudentibus sermonem, deque fortuna illis apta, id est nexa, ab illis suspensa. Talem fortunam, ait Laco, non esse, ut profecto non est, optabilem, quod nitatur rebus fluxis, et aequae instabilis sit atque incerta ac rudentes, sive naves ipsae, quibus reposita atque commissa est. Idem paullo ante, quam haec Laconis adferret, dixit Cicero: nisi stabili, et fixo, et permanente bono, beatum esse neminem posse; et ad Quir. p. red. 1. non quidquam homini magis in hac vita optandum esse, quam constantem, aequabilem, perpetuamque fortunam, secundo vitae, sine ulla offensione, cursu. Accedit, quod idem de Lacone, etsi paullo aliter, in Apophthegm. Lacon.

con. *Plutarchi* legimus, οὐ πρότερον, inquit, εὐδαιμονία ἐν
 χροσίων ἀπρητημένη. Digna profecto Lacone sententia,
 quem magister Lycurgus ita instituerat, vt non solum fa-
 cetus esset, sed etiam odisset atque contemneret mercatu-
 ram, quae fere a casu penderet, effeminandis moribus
 aptam, et quae eapropter paene interdicta esset Sparta-
 nis. Hae sunt illae *Horatii* rates impiae, quae, etsi Deus
 abscedit prudens Oceano dissociabili terras, tamen, divi-
 tiarum et opum quaerendarum causa, non tangenda
 transiliunt vada; quae maciem terris, et nouam febrium
 cohortem, quarum vix e longinquo fama constiterat, in-
 tulerunt, ita vt semoti prius tarda necessitas lethi corri-
 peret gradum.

Sed sunt et alia, quae istam plenam periculorum for-
 tunam comitentur, et quae adeo minime optabilem red-
 dant. Suffecerant hominibus, quae terra quaeque gi-
 gneret, neque erat vel antiquissimis temporibus rerum ad
 victum amictumve necessariorum ulla penuria; erant
 igitur insigni frugalitate, quae uirtus, vt in *Tuscul.* *Cicero*
 dixit, reliquas virtutes paene omnes complectitur: post-
 eaquam nauigari maria coeperunt, coepimus laborare
 varietate mercium et copia. At qualium? quibus, bea-
 tum foret genus mortaliū, si careret. Luxum pepere-
 runt, qui vires animi et corporis ita emollit, vt sint lo-
 rum in aqua, (et tamen hunc ipsum, futilibus de causis,
 vtilem reipublicae et salutarem putant;) per luxum
 deinceps inopiam. Quid igitur inferunt? alienis nata
 terris, nobis vera venena, ipso situ atque aëre marino
 iam infectas merces; metalla, irritamenta malorum; de-
 licias peregrinas, Attalicam luxuriam, et, ne simplici mor-
 te periremus, etiam prauos mores. —

Si quis porro, quae hanc pendentem a rudentibus
 fortunam indubie comitantur, mala, (hoc maiora, quod

ad animum pertinent,) angorem perpetuum atque trepidationem, illam per vices spei et metus successionem, haec si quis probe pensauerit, nae ille omnium minime optabilem putet, propterea, quod abducit homines ab animi tranquillitate, qua magna pars beatæ vitæ continetur, et sine qua viuere continua mors est. Est igitur aduersa potius, quam secunda fortuna; est coeca, vt Cicero aliquo loco nominat, quæ, quos complectitur, coecos plerumque efficit. Nam profecto, si addixerint rudentes, qui se tali fortunæ permiserunt, sibi suæque prudentiæ atque sapientiæ, quidquid inde felicitatis consecuti sibi videntur, solent, non diuinæ benignitati tribuere; quod est sine omni controuersia stultissimum, nam et fortuna diuinitus contingit.

Et quid fiet tandem, cum, (quam nemo vnus vquam in potestate habuit,) tergiuersari fortuna coeperit? profecto enim verissimum est illud *Senecæ*:

— — — nemo se tuto diu

Periculis offerre tam crebris potest:

Quem sæpe transit casus aliquando inuenit.

Si igitur hic te casus invenerit, quid tum? nonne erit in consiliis, quibus ante nullis usus es, et vel maxime in diuino nutu atque voluntate, vnicum perfigium? Recte ergo et sapienter rebus suis consulunt, qui, monente iam Horatio, non confidunt nimium secundis, omnium minime talibus, quæ pendent a solo casu, cui evitando prouidentia, cautio, diligentia denique omnis, frustra adhibentur. Equidem non ignoro, et est quotidiano usu comprobatum, in humanis consiliis omnibus, plurimum fortunæ, prudentiæ sæpenumero aut parum, aut nihil deberi, potissimum bonis externis appetendis, (nam quæ interna sunt, et ad animum pertinet, ea nec dare fortuna, nec eripere potest;) vt adeo fortunam dominam

nam esse rerum humanarum recte Cicero dixerit: tamen, si et hic consilium accesserit, non praeceps illud et immaturum, sed deliberatum, et attemperatum rebus tuis, quomocunque tandem res ceciderit, ἀντάρτυρα nascetur, animi illa securitas, qua nescio an maius quidquam concedere diuinum numen, ad beate viuendum, hominibus possit. Neque est praeter hanc manens fortuna: reliqua omnia fluminis ritu feruntur. Ridebit igitur sapiens, vt Laco ille, omnem aliam fortunam, qua efficitur, vt dies noctesque crucientur homines, vt iis nec satis sit quod est, et id ipsum ne non sit diuturnum vt timeant. Recte utetur rebus suis, neque se sibi soli, sed patriae, sed amicis, sed bonis omnibus, natum putabit; candorem et liberalitatem cum fortuna coniunget, atque ista sua virtute id consequetur, vt diuturnam viuenti felicitatem optent quamplurimi, sed vero et mortuum grata memoria, neque vmquam intermorigura, prosequantur.

Atque talis vir fuit, cuius memoriam recolimus, IOHANNES GRAFIVS, Senior, quaestuosa mercatura nuper in hac vrbe nobilis; quam ille ita fecit, vt non casui magis aut coecae fortunae, quam prudentiae in consiliis atque constantiae, et diuinae ante omnia benig-
nitati, confideret. Igitur crevit ad extremam usque senectutem, estque opibus suis ita usus, vt oboesceret nemini, prodesset autem re et consilio quamplurimis. Amasse et litteras, et probe, quid ipsi etiam mercaturae prodes-
sent, intellexisse, praeter alia etiam in hoc cernitur, quod annuam pecuniam testamento reliquit studiosis litterarum duobus, qui et discendi cupiditate, et sanctitate morum, tali se dignos beneficio praestarent. Igitur, qui nunc est eius pecuniae diribitor, testatoris nepos, Vir S. R. atque Amplissimus, FRIDERICVS HENRICVS GRAF, I. V. D. Canonicus Wurcensis, Senator et Scabinus

VIII

binus Lipsiensis, eximiae doctrinae atque humanitatis laude florentissimus, probavit iudicio suo ornatissimos Iuvenes,

Thomam Wagnerum,

Lipsiensem, Iur. stud.

Scabini nuper defuncti filium


et

Carolum Gottlob Fiedlerum,

Boernerstorffio Misn. Th. stud.

eosque, quod essent studiis doctrinae et moribus commendabiles, insigni hoc beneficio ornauit. Eius isti probe memores, sed et obsequium praestituri testamenti tabulis, recolendae benefactoris memoriae, *de mutuo litterarum et mercaturae vinculo*, Orationes in Auditorio Philosophorum d. xxvii. Martii hora ix. habituri sunt. Optant autem istius suae pietatis atque gratitudinis testes habere quamplurimos; neque adeo est dubium, *Rectorem Academiae Magnificum, Illustrissimos Comites, Academiae et Urbis Proceres, Commilitones item Generosissimos atque Nobilissimos*, praesentia sua honestissimo huic desiderio satisfacturos atque adplausuros esse. Vt igitur interessè panegyri velint, et declamaturos benevole audire, meo, et mei Ordinis nomine, vehementer, atque ita rogo, vt beneficium mihi tributum iri existimem.

P. P. in Studiorum Vniuersitate Lipsiensi
Dom. Laetare A. p. C. N. MDCCLXXIII.



Pon Ya 1812 a

ULB Halle 3
002 405 644


bis 16 in. vrbh.

Sb.







Farbkarte #13

B.I.G.

12.13

RECOLENDAE

AD D. XXVII. MARTII MDCCLXXIII.

IN AVDITORIO PHILOSOPHORVM

MEMORIAE

ANNIS GRAFII SEN.

MERCATORIS NVPER PERCELEBRIS

PRAEFATVS

RTVNA RV DENTIBVS APTA

AD CIC. TVSCVL. V. 14.

DISPVAT

ORDINIS PHILOSOPHICI

DECANVS

CAROLVS ANDREAS BEL.

LIPSI AE

EX OFFICINA LOEPERIA.

